

Prefatio sancti Hieronymi presbyteri in
pentateucum incipit.

Desiderii mei de
sideratas accepi epistolas.
qui quodam presagio futu-
rorum cum Daniele sortitus
est nomen: obsecrans. ut tras-
latum in latinam linguam de hebreo sermo-
ne pentateucum vestrorum auribus traderem. De-
riculosum opus certe et obrectatorum meorum
larratibus patens. qui me asserunt in septua-
ginta interpretum suggillationem noua pro
veteribus cudere. et ita ingenium quasi vinum
probantem: cum ego sepiissime testatus sum
me pro virili portum in tabernaculo dei offerre
que possim. nec opes alterius aliorum pau-
perum fedari. Quod ut auderem Origenis
me studium prouocauit. qui editioni anti-
quae translationis Theodorionis miscuit asterisco-
rum et obelo. id est stella et verum omne opus distinguens.
dum aut illucescere facit que minus ante fu-
rant. aut superflua queque uigulat et confodit:
et maxime que euangelistarum et apostolorum
auctoritas promulgauit. In quibus multa
de veteri testamento legimus: que in nostris
codicibus non habentur: ut est illud: *Et egypto
uocauit filium meum. et quoniam Nazareus
uocabitur. et videbunt in quem conpurerunt:
et flumina de ventre eius fluent aque uiue.
et que nec oculi uidit. nec auris audiuit. nec
in cor hominis ascendit que preparauit deus
diligentibus se. et multa alia que proprium
synagoga desiderant. Interrogemus ergo
eos ubi hec scripta sunt. et cum dicere non po-
tuerint. de libris hebraicis proferam. Pri-
mum testimonium est in *Osai*. Secundum in
Esai. Tertium in *zacharia*. Quartum in pro-
uerbijs. Quintum eque in *Esai*: quod mul-
ti ignorantes. apocriphorum deliramenta se-
ctantur. et hiberas nenas libris authenticis
preferunt. *Causas erroris non est meum ex-
ponere. Iudei prudenti factum dicunt esse
consilio: ne Ptolemus unius dei cultor etiam
apud hebreos duplicem diuinitatem depre-
henderet. Quod maxime idcirco faciebant:
quia in Platonis dogma cadere videbatur.
Denique ubique sacramentum aliquid scriptura
testatur. de patre. et filio. et spiritu sancto. aut
aliter interpretati sunt. aut omnino tacuerunt
ut regi satisfacerent. et arcanum fidei non
vulgarent. Et nescio quis primus autem se-
ptuaginta cellulas alexandrie mendacio suo
extruxerit. quibus diuisi eadem scripturarum.
cum Aristeus eiusdem ptolemei hyperaspistes.
et non multo post tempore Iosephus
nihil tale retulerint: sed in una basilica congre-
gatos contulisse scribant: non prophetasse.
Aliud est enim esse uatem: aliud esse inter-
pretem. Ibi spiritus uentura predicat: hic
eruditio et uerborum copia ea que intelligit
transfert. Nisi forte purandus est *Tullius*
economicum xenofontis. et *Platonis* py-**

thagoram. et *Demosthenis* pro thesifonte:
afflati rhetorico spiritu transfuisse. Aut aliter
de eisdem libris per septuaginta interpretes
aliter per apostolos spiritus sanctus testimo-
nia tenuit. ut quod illi tacuerunt. hi scriptum
esse mentiti sint. Quid igitur? Danamus ve-
teres? Minime: sed post priorum studia in
domo domini quod possumus laboramus.
Illi interpretati sunt ante aduentum christi
et quod nesciebant: dubijs promulere senten-
tijs. nos post passionem et resurrectionem eius
non tam prophetiam quam hystoriam scribimus.
Aliter enim audita: aliter uisa narrantur.
Quod melius intelligimus: melius et profe-
rimus. Audi igitur emule: obrectator auscul-
ta. Non dano: non reprehendo septuaginta:
sed confidenter cunctis illis apostolos pro-
fero. Per istorum os mihi christus sonat
quos ante prophetas inter spiritalia charis-
mata positos lego: in quibus uultum pene
gradum interpretes tenent. Quid liuore tor-
queris? Quid imperitorum animos contra
me concitas? Sicubi in translatione tibi vi-
deor errare. interroga hebreos. diuersarum
urbium magistros consule. Quod illi ha-
bent de christo: tui codices non habent. Ali-
ud est si contra se postea ab apostolis usur-
pata testimonia probauerunt. et emendatio-
ra sunt exemplaria latina quam greca: greca quam
hebraica. Uerum hec contra inuidos. Nunc
te deprecor desiderii charissime: ut quia me
tantum opus subire fecisti. et a genesi exor-
dium capere. orationibus iuues: quo possis
eodem spiritu quo scripti sunt libri in latinum
eos transferre sermonem.